

DE SACRIS ARCANIS  
DEIPARAE VIRGINIS  
IN SACERRIMO EIUS

KOSARIO LATENTIBUS

LIBER DECIMUSSEXTUS

HOMILIA PRIMA

*De excellentia, et utilitate Rosarii, sed prius de eius nomine, antiquitate, et auctore disserimus.*

Utilem hoc Mariani Rosarii argumentum copiose pertractare satagenes, ut rem altius repetamus, a nomine eius inchoandum censimus. Apud diversos diversa nomina lego, et singulorum opiniones referre debeo: quidam beatæ Virginis epithalamum illud vocant, alii canticum Virginis, alii coronam rosæram, sive, quod in idem recidit, sertum rosarum, quia ex variis salutationibus angelicis, velut rosas, coronam contextimus ad B. Mariæ caput cingendum. Nec novum est, hanc precandi rationem ex his laudum orationibus, quasi variis floribus conflata, sertum, seu coronam dici, cum Graeci coronam laudum appellant, et d. Greg. Nazianz. (*tract. de Christo patiente*), de corona Deiparæ, mysticis precationum flosculis conflata, cecinisse videatur, cum Deiparam sic alloquitur:

Eo fretus his: tibi me audentius,  
In verba supplex offeram, et suavissimo  
Contextam ab horto, quæ tum exornem caput  
Coronam, o Domina, proferam, ut quæ gratia, etc.

Vel certe corona vocatur, quæ totidem granis constat, quot fuerunt b. Virginis vitæ anni, sexaginta, scilicet, tres, vel septuaginta duo, quibus constitit, velut corona, circulus vitæ eius. Alii sacram quinquagenam illud appellant, cum Alexan. in Bulla, quæ incipit: *Et si gloriosos*, quia quinquaginta salutationibus angelicis constat. Alii attendentes ad nume-

rum centum, et quinquaginta salutationum angelicarum, quibus constat b. Virginis Psalterium illud vocitare consuevere, ad imitationem Psalterii Davidici, in quo illud præfiguratum voluit, quod similiter centum, et quinquaginta Psalmos continebat; vel certe ad modum instrumenti musici, quod Græce dicitur organum, Hebraice nahalum: tali enim instrumento, in quo erant centum, et quinquaginta fistulae, cantabantur Psalmi Davidici. Deinde Psalterium dicitur, quia hoc genus musici instrumenti egregie piissimum Dei Genitricem delineat; ut his verbis edixit b. Alanus (*lib. de excell. Rosar.*): *Diabolum expellit, ut David e Saule per cytharam Arcam Dei, hoc est, Verbi omnipotentis humanitatem ad nos deducit cum David in organis. Maria victoriam obtinet contra inimicos, cum Maria sorore Moysis canente in tympano prophetiam sanctis tradit, sicut Elisæus per cantum Psalterii Spiritum s. prophetiae accepit; Spiritus s. per ipsam matrimonium inter Deum; et creaturam humanam in thalamo virginali efficit; Maria chorum celestis iubilationis ad divinas laudes secum trahit, sicut filiae Hierusalem quæ cantabant: Saul percussit mille, et David decem millia. Pax facta est per Virginem; filius enim ipsius fecit utraque unum, tanquam lapis angularis. Orbi Maria immensam altituli festivitate, ideo canitur eadem. Ipsa involata obtulit pro mundo immensa Deo Patri holocausta, hoc est, Verbum incarnatum, et seipsam: ipsa cantavit canticum cecinum, Magnificat; hæc autem fecit dudum per Psalterium synagoga. Ista Alanus, psalterii convenientias repetens ex parte almæ Virginis Deiparæ. Alii tandem formulam hanc orandi per calculos precatorios receptissimam apud fideles vocabulo, Rosarium unanimitè appellant; et merito: quia, sicut Rosarium locus est rosæ consitus, quemadmodum Virginitas cecini (*4. Georg.*)*

Biflæque Rosaria paesti;

ita metaphorice similitudine formulam hanc precandi mysticis, ac odoriferis contextam rosæ salutationibus angelicæ ad certum numerum redactis, Rosarium nuncupamus. Vel certe Rosarium vocatur, quia quemadmodum Rosarium continet multitudinem fructuum gignentium suarum volentes rosas; ita hoc genus orandi continet multitudinem orationum dominicarum, et angelicarum, quæ frequenter repetitæ, miram fragrantiam, suavemque lætitiâ illis parant, qui patrem misericordiarum, et Virgineam matrem devota mente orant.

Porro explicato nomine Rosarii, ad antiquitatem eius venio; hæc, quoad substantiam, ab ipsius Evangelii primordiis arbitror repetendam: nihil enim catholica Ecclesia in suis supplicationibus habet vetustius: nam salutatio angelica vox fuit evangelica, angelico ore caelitus delata: oratio vero Dominica prima fuit ad ubique orandum in spiritu, et veritate instructio divina. Unde, cum primitiva Ecclesia tunc maxime devotione efferveret, dubium non est, quin utriusque huius orationis usus frequentissimus esset apud fideles; factique ad illa theologorum communis regula, quam tradit Melchior Canus (*de loc. Theol.*), nimirum, quod in ecclesiasticis rebus ab Ecclesia universaliter receptis, quarum certum exordium non invenitur, ab Apostolis manasse creditur. Hinc sapientissimus Aquensis ad Imperatorem Augustum Maximilianum (*lib. quem conscripsit de rosacea Corona*), erudite dixit: *Salutandæ Mariæ ritus novitatis inventis hæud quaquam adscribitur: siquidem, cum ipsa pene Ecclesia pullulavit; nam, cum inter ipsa nascentis Ecclesiæ primordia, perfectiores quoque fideles tribus illis Davidicorum psalmodiarum quinquagenis, divinas laudes assidue celebrarent: ad ruidiores quoque, qui modo arcibus dicinis vacabant, piis moris æmulatione est derivata; ut tamen non psalmodia ipsos canerent, quippe quos nec legere satis, nec intelligere possent, sed ad mysticum illud numerum angelici concentus carmine uterentur, rati id, quod erat, cuncta illorum psalmodiarum sacramenta coelesti hoc elogio delitescere; siquidem eum, quem psalmi venturum concinunt, hunc iam adesse, hæc formula nuntiavit; siquæ trinas salutationum quinquagenas, quod iusti psalterii vicem et vi, et numero compensarent, Mariæ psalterium appellare coeperunt, oratione utique Dominica in singulas decades ubique præposita, prout a Psalmidæ s observari ante adverterent. Alii cum Rebello (*tract. de Rosar. libr. 1. cap. 6. art. 1*) affirmant, hodie in partibus Asiæ apud Indos, Japonenses et Chineses moris esse Rosarii quibusdam uti, quibus certas orationes idolis offerunt, quod non obscure indicat, pervertusiam esse hanc consuetudinem orandi, cum daemon multis retro anni invidus huius Mariani cultus, similem sibi adhiberi suis cultoribus suaserit. Alii ex Palladio in Lausiaca cap. 2. tradunt, Abbatem Paulum trecentum orationes, quas faciebat, calculis in sinu numerare solitum, ne quidquam de hoc numero detraxerit. Quod etiam legitimus in historia tripartita (*lib. 8. cap.**

1), quod et alios fecisse per chordulam nodis distinctam nonnulli referunt. Alii dicunt cum Polydoro Vonnillo (*lib. 5. de invent. rerum c. 9*), Petrum Eremitam, qui anno Domini circiter 1093, de bello sacro iudicando cum Urbano secundo egit, et Christianos omnes ad illud suscipiendum vehementer exhortatus est, cum nondum inventa esset ars impressoria, et difficultas foret, libros precum manuscriptorum habendi, ad faciorem orandi rationem invenisse modum, Deum, beatissimamque Virgineam per lapillos, seu globulos precandi, quod etiam testatur noster Ioannes de Pineda (*lib. 20. Mon. Eccles. cap. 2. §. 4*), et Arnoldus Uvion. (*lib. 5. ligni vitæ cap. 104*), beatus autem Alanus de Rupe Ordinis Prædicatorum (*tract. de Rosar.*) refert ex quorundam sententia, Venerabilem Bedam, qui floruit anno septingentesimo, inventorem fuisse Rosarii in Anglia, ab eoque tempore plures fabricatas imagines, beatæ Virginis Rosarium manu tenentes.

Ceteram, indubitanter arbitror, formulam hanc Rosarii certo, ac statuto numero, quo oratio dominica quindecies, et salutatio angelica instar Davidici Psalterii, centies, et quinquages repetitur, ortum, et primordium habuisse a sanctissimo Dominico inlyto Ordinis Prædicatorum patriarcha, qui illud distribuit in tres salutationum angelicarum quinquagenas, quibus quindecim Christi, et eius Genitricis sacra mysteria meditando proposuit. Etenim ad exterminandam Albigensium hæresim per varia loca grassantem, a beatâ Virgine monitus, et edoctus, tanta magistra duce, Rosarii recitandi antidotum invenit: hæc, cum fratres Prædicatorum illud recitandi formulam evulgant, non absque ingenti Dei miraculo edocens: quod, ut radicibus innotescat, ex authentica valde revelatione ipsius Dei Genitricis facta b. Alano de Rupe, natione Theutonico Ordinis Prædicatorum, in divinis Scripturis viro versatissimo, in concionibus habendis ad populum ferventissimum, vitæ sanctitate integerrimo, b. Virginis Mariæ amator ardentissimo, ac Rosarii diligentissimo evulgatori, ut tradit Trilemius in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum palam faciam. Hic ergo insignis vir, quæ ex ore beatæ Virginis acceptat, his verbis scripto consignavit (*lib. de dign. Psalt. b. Virg. cap. 10*): *Cum gloriosissimus Pater Prædicatorum Dominicus terras Hispaniarum per quindecim fore annos, quæ prædicationis, ante mortem suam peragraret, fuit hoc sub annum Christi 1200, nondum tamen ordine fratrum Prædicatorum existente, cum socio suo nomine s. Iacobum pgratis superorientibus, charissimum meum Dominicum cum socio suo nomine Bernardum rapuerunt, et ad gollam, classenque naviarum suarum in torturis durissimis verberos tracturum, velut ovem, et Dei agnum pertraxerunt: tribus fere mensibus remos assidue marinis navibus delictis, et tan pustulis repletis traxit cum doloribus non modicis: sed ego misericorditer Mater totis visceribus charitatis super eum mota contra scelestos homines, quam plurimum sem irata: idcirco, me volente, et mandante, coelum vertitur in nubilum, fulmina coruscant cum tonitruis terribilibus, et immensa-*



ruit super eos pluvia: mare fervet, et tunet: tanta fuit tempestas, ut illi maris iam ac siderum ignari, penitus desperarent; sed in his beatus Dominicus nil motus, profanos videns desperationi datus, predicatione solita revocavit eos, dicens: Fratres poenitentiam agite, et dulcissimam Mariam invocate. Cumque eum praedicantem, ut saluum subsannarent, desperando, imo tanquam reum instanti mali fustibus caederent, iunctis opprobriis, et quamplurimis blasphemis, plerique enim fidem abnegaverant, adventu nox beatæ Annunciationis, in qua ob reverentiam festi, iste animarum zelator, ut tunc vel maxime poenitentem singularissime, humiliter, et devote, ut voluit, et licuit, admonerat: quo auditio, quasi in furiam versi, me, et filium meum horribiliter blasphemaverunt: illico tempestas crevit immensa, loquax nocte vagantur incerti maris, patrono fluctibus rapto prius, atque submerso. Cum ergo mane ad tanti diei festivitatem charissimus meus pro eorum salute devotus me precaretur, oranti apparui, luce sub immensa dicens, quod eius amore libens indulgerem inimicis, dummodo conditionem hanc prius admittere vellent, videlicet, omni die Psalterium meum dicerent, et confratrum novam, quae Iesu Christi, et Virginis Mariae nuncuparetur, inchoarent: quo accepto, benedictione contra tempestatem facta per ipsum eam mox caderent unice: sin ipse solus per aquas, ut per terras ambulando salvaretur, aliis in interitum missis. Praedicante Dominico, mox eius precibus corda ferrea, et diabolica sunt emollita, poenitentiam prostulerunt futuram, et confratrum hanc sanctam per se ceteris promittunt incipientiam; simul magnis vocibus, et lacrymis, eius proluti genibus, veniam precabantur, et auxilium: ad ille pius pater, Ecce, inquit, iam divinum vobis ostendam subsidium: moxque manu dextera contra ventum extensa, ait: In nomine Iesu Christi, et per Mariam matrem eius pissimam, tace, et velociter obmutesce. Mira res, ac si nunquam fuissent venti, vel undae maris, sic mox fuerunt omnia parata; verum, cum gubernaculum, et prora abrupta essent ex raptu saxi, et navis impleverat fluctibus, adeo ut iam pene mergeretur, et omnes ad genua in aquis starent; amico tamen meo Dominico soli visibiliter apparebat: nam ex aquis elevans, sicut in terra feci stare, partesque eius compingans in meliorem pristino statum restituit undas vacuas. Simul dixi eis: Filii, casa, mercimonia, resque omnes, quas de vobis proiecitis, simul in mari Britannico reperitis, nec ad terram declinant, donec ad ea secure attigeritis, quibus gratias immensas referentibus, voces protinus horribiles in mari clamantium audite sunt datum: tunc, tunc nobis, quia hic Dominicus non moratur, praedam nostram rapit, majoraque intendit, ordinem fundare scilicet: non solum autem Beata Virgo, sed et Christus Dominus beatorum Dominicum docuit, ac praecepit praedicare populo Rosarii recitationem: nam B. Alanus de Rupe (libro de dign. Psalt. B. Virg. cap. 17) haec scripsit: visibiliter ipsi Saeculo Dominico apparuit Christus, et ait: Dominice, gaudeo, quod non confidas in tua sapientia, sed cum humilitate potius affectas solvere animas, quam vanis

hominibus placere, sed multi Praedicatorum statim voluit contra gravissimam peccata instare, ignorantes, quod ante gravem medicinam debet fieri praeparatio, ne medicina sui inanis, et vacua: quapropter prius homines debent induci ad orationis devotionem, et signanter ad Psalterium meum angelicum, quoniam si omnes coeperint hoc orare, non dubium est, quin perseverantibus aderit pietas divinae clementiae: praedica ergo psalterium meum.

Alque hinc est, quod sacri Pontifices unanimi consensu in Ballis suis in favorem Rosarii expeditis, pleno ore magnam Patriarcham Dominicum eius institutorem vocant: fastidii tamen vitandi causa, solum novissima verba Pii V. et Gregorii XIII. referant. Ille in Bulla, cuius initium est: Consequerent, sic loquitur: Sancto spiritui, ut pie creditur, efflatus beatus Dominicus Ordinis Fratrum Praedicatorum auctor, simili qua nunc temporis occasione, quo Abigensium haeresi partes Galliarum, et Italiae misere vexabantur, et iam multos excoecaverat saeculares, ut in Domini sacerdotibus, et clericis saevissime fureret, levans in coelum oculos, et montem illum gloriosae Virginis Mariae almae Dei Genitricis respiciens, in modum facilem, et omnibus pervium, et admodum pium orandi, ac precandi Deum, Rosarium seu Psalterium eiusdem beatissimae Virginis Mariae nuncupatum, quo eodem beatissima Virgo salutatione Angelica ceteris, et quinquagesimam ad numerum Psalterii Davidici repetita, et Oratione Dominica ad quilibet decimam cum ceteris meditationibus, totam eiusdem Domini nostri Iesu Christi vitam demonstrantibus, interposita veneratur, excogitavit, excogitatum per sanctae Romanae Ecclesiae partes propagavit. Deinde Summus Pontifex Gregorius XIII. in Bulla, quae incipit: Ad perpetuam rei memoriam: Monet Apostolus, haec verba habet: Quia vero peccat ad Deum oblatae, eo gratiores ad illum conspectum ascendant, quo dignioribus intercessoribus, et pio aliquo orandi modo offeruntur, memores, b. Dominicum Ordinis Praedicatorum Institutorem, cum et Gallia, et Italia a perniciosis premeretur haeresibus, ad iram Dei placandam, et beatissimae Virginis intercessionem implorandam, pissimum illum orandi modum instituisse, quod Rosarium, sive Psalterium beatissimae Virginis Mariae nuncupatur; haecenus Gregorius XIII.

Porro, ut de excellentia, ac dignitate Rosarii nonnulla dicere exordiar, certe cum praestantia totius, ex partium nobilitate, quibus componitur, venanda sit, non aliunde convenientius excellentiam et dignitatem Rosarii petendam esse censui, quam ex dignitate et excellentia orationis dominicae, et salutationis angelicae, ex quibus Marianum Rosarium coalescit: in quo sane praeculare, ac sapienter mihi videtur beatus Dominicus has duas orationes copulasse, tum quia Dominicae precationem cum salutatione angelica coniungentes, admonemur, quod, quemadmodum in lapsu humani generis sex uterque corruit, et communis mortalium perditio ex Adam et Eva proluxit, ita ad restituendam humanam salutem vir unus Christus Dominus, et mulier una Deipara Virgo convenerunt: tum quia coniungentes utramque

hanc orationem pro augustissimo Incarnationis sacramento, et Christo Domino carnem assumpti, et Genitrici eius ex proprio sanguine carnem illi conferenti, grates rependimus, si non pares, saltem quas imbecillitas nostra eis deferre potest: et quidem, quod attinet ad orationem dominicam, nemo est adeo mentis impotus, qui miram eius excellentiam non percipiat, dum credit a Christo Domino Sapientia Patris institutam. Salomon (Proc. cap. 16) verba bene composita favum mellis appellat: Favus mellis composita verba, dulcedo animae sanitas osium. In ore leonis (lib. Iudic. cap. 14) legitur Samsonem favum mellis invenisse. Divus Ioannes (in sua Apoc. cap. 15) vocavit Christum leonem: Fielit leo de tribu Iuda. In ore huius fortissimi leonis dulcissimum dominicae orationis favum Iob elaboratus, a quo illum christiani Samsones, sacri scilicet Apostoli, et Evangelistae prius suerunt, et nobis degustandum tradiderunt. Sacra referunt eloquia singularem indianam, qua usus est Iob ad reconciliandum Absalomem cum patre suo Davide: posuit in ore mallei Thecutis verba quaedam bene composita, quibus placaret regem David (2. Reg. 14): Ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones huiusmodi: posuit autem Iob verba in ore eius. Quibus auditis, continuo rex David dixit ad Iob: Ecce placatus feci verbum tuum: eade ergo, et revoca puerum Absalom. Non dissimiliter Christus Dominus ad reconciliandum peccatores cum Deo, ab eo aversos, verba orationis dominicae in ore eorum posuit, quibus veniam ab eo deprecarentur: sicut autem David agnovit verba, quibus loquuta est, submissurala fuisse ei a Iob: Numquid manus Iob tecum est in omnibus istis? ita aeternus Pater orationis dominicae verba a nobis prolata audiens, ac stylium eorum Christi esse agnosces, petitionibus nostris auferit, et introitu illorum veniam peccatoribus impertit. Unde merito, cuiuslibet nostrum, cum orationem dominicam recitans exauditus fuerit, usurpare licebit verba illa Iob: Cum invocaverim exaudierit me, credo, quod non exaudierit vocem meam: quia revera non iam exauditi vocem deprecantis, quam ipsius Christi, a quo oratio dominica fuit composita, et ab eo in os nostrum inmissa: ad quod respiciens divus Cyprianus (de orat. Dom.) inquit: Qui fecit nos vivere, docuit et orare, et dum orationem, quam filius docuit, apud Patrem loquimur, facilius audiamur, et agnoscat Pater filii sui verba, cum precem fundimus. Constat autem hanc deprecatio non absque mysterio seplem petitionibus, quia sicut universa haec inferior mundi machina seplem coelis, qui sunt sub firmamentum stellarum, regitur, ac seplem planetis in eam influentibus fovetur, et conservatur: et sicut homo tribus constat potentis animae, et quatuor elementis, sive illa sint formaliter, seu virtualiter in eo: et sicut spiritualis hominis perfectio ex seplem virtutibus dependet, tribus theologis, et quatuor cardinalibus: et sicut Spiritus sancti dona, ac coelestia charismata, quibus anima exornatur, seplem esse perhibetur: ac tandem beaticis dotes seplem numero gaudet: tres enim per-

tenent ad animam, visio, amor, et fruitio, quatuor ad corpus spectant, impassibilitas, agilitas, sublimitas, et claritas: ita Christus Dominus, quae voluit a nobis postulari, ad seplem breviter revocavit, quibus nos quid petere debeamus, instruxit. Unde d. Augustinus (epist. 121. cap. 12) dixit: Quisquis id dicit, quod ad istam exactionem primum pertinere non possit, etiamsi non illicite orat, carnaliter orat, quod nescio, quemadmodum non dicitur illicite, quandoquidem spiritu renatos nominis spiritualiter deest orare: qui autem dicit in oratione, verbi gratia, Domine, multiplica divitias meas, aut honores meos auge, aut quid huiusmodi, non attendens, ut ex his secundum Deum prosit hominibus, puto eum non incidere in oratione dominica, quo possit haec vota coaptare, quomodo brevis saltem petere, quos non videt cupere; aut si hoc pudet, sed cupiditas vincit, quanto melius hoc petitur, ut is etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicitur, sed libera nos a malo: haecenus divus Augustinus: cui adnecto b. Cassianum (collat. 9. cap. 24) ubi ait: Videtis ergo, qualis nobis ab ipso, qui per illam exorandus est, iudice, orationis sui modus, et forma proposita? in qua nulla dicitur petitio, nulla memoria dignitatum, nulla potentia, ac fortitudinis postulatio, nulla coartatae sanitatis mentio continetur, nihil enim cadendum vult a se, nihil vile, nihil temporale aeternitatum conditor implorari. Itaque magnificentiae eius, ac magnificentiae maximam irrogabit iniuriam, quisquis his seplem petitionibus praetermissis transitoriam aliquid, et caducum ab eo munerit postulare: et offensam potius, quam propositionem iudicis sui utilitate orationis incurrat; ita Cassianus. Quare d. Ioannes Chrysostomus (sup. Math. 7.) O quam fidelis, inquit, est beata haec oratio, cuius ordinem nobis doctor vitae, ac magister coelestis instituit: quia enim exaudiri non debemus, nisi in his, quae sperant ad honorem, et nostram utilitatem, nos autem ignoramus, quod petamus; ideo dulcissimus Dominus, ne cogemur incerti, petendorum nobis in hac oratione formam dedit, ut ipsam devote dicens, confidenter aperet postulata impetrare, incerta illud Iacobi (cap. 1): Postulet in fide: et infra sic ait: Qui non sic orat, ut docuit Christus, non est Christi discipulus, nec Pater libenter orationem exaudiri, quam Filius non dicitur. Cognoscit enim Pater sensum Filii, et non recipit verba, quae humana cogitatio excogitavit, sed quae sapientia Christi exposuit. Accedit divus Augustinus, qui (homil. 42. ex quinquaginta) in hunc modum loquitur: Spem habemus obtinendae causae nostrae, quando talis Iurispiritus nobis preces dicitur, sicut confessi estis, qui sedet ad dexteram Patris, ipse est addeceus noster, qui venturus est Iudex noster. Causam vero laetae illius efficaciae ad impetrandum, d. Cyprianus principem in ipso spiritu et orationis, et orantis ponit, dum sic ait: Iam praedixerat, horum venire, quando veri adoratores adorarent Patrem in spiritu, et veritate; et implevit, quod ante promiserat, ut qui spiritum, et veritatem de eius sanctificatione percipimus, de ratione quoque eius vere, et spiritualiter adoremus: quae enim potest magis spi-



ritualis esse oratio, quam quae a Christo nobis data est, a quo nobis Spiritus sanctus missus est? quae vera magis apud Patrem precatio, quam quae a Filio, qui est veritas, de eius ore prolata est? ut aliter orare, quam docuit, non ignorantia sola sit, sed et culpa, quando ipse docuerit, et dixerit: Revertitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuat. Oremus igitur, fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit: et infra: Nam cum dicat, quia quodcumque petieritis a Patre in nomine meo, dabit vobis; quanto efficacius impetramus, quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius oratione? haec enim divus Cyprianus. Sed et illud singularem orationis dominicae sanctitatem, venerationemque declarat, quod sanctus Gregorius (epist. 63, lib. 7) commemorat, ubi ad Iohannem Syracusanum Episcopum ita scribit rationem de ordinatione Misae reddens: Orationem dominicam ideo nos post precem dicimus, quia nos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent, et valde mihi inconueniens visum est, ut precem, quam scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, et ipsam traditionem, quam Redemptor noster composuit, super eius corpus et sanguinem non diceremus: sed et dominica oratio apud Graecos ab omni populo dicitur; apud nos autem a solo sacerdote.

Quod si magnam huius orationis utilitatem tibi persuadere velim, non aliter melius praestabo, quam ex his, quae Christus Dominus beatissimo patri Dominico revelavit; ut enim auctor est beatus Alanus de Rupe (lib. de dign. Psal. cap. 17) Dominus ei dixit: *Iam volo te praedicare meam orationem dominicam, ut allicias peccatores ad me laudandum, et hoc eis suadebis per utilitates, quae habentur in ista oratione.* Quod obedientissimus Pater confestim executioni mandavit: nam illas omnes recitavit auditoribus Tholosanis in Ecclesia maiori, in solenni festo beatissimae Virginis, ut idem beatus Alanus scribit; concionis autem illius hoc compendium est.

Primo. Charissimi, in terra deserta parvulis filiis vix ambulare valentibus, numquid esset necessarium habere Patrem comitem, et eos dirigenstem? nos sumus parvuli in deserto mundi, nec valemus ambulare, neque operari aliquid ex nostra sufficientia, quae tota ex Deo est: ergo convenienter oportet capere orationem dominicam, per quam habebimus Patrem nostram praesentem, cum dicimus, *Pater noster.*

Secundo. Si qui perfrangent terram, ubi omnes a serpentibus, aut draconibus icti morentur, an non hic necessarius foret vir sanctissimus, qui ab istis laedi non posset, et ipso valeret occidere, et viatores humeris sublatos per fumina a devia transportare? At nos vivimus in terra draconum, inferni, peccatorumque omnium: Christus est pater noster fortissimus, et fer maximus, qui non moritur, mors illi ultra non dominabitur: ergo confitemur illi, et dicamus, *qui es.*

Tertio sumus, et ambulamus in terra tenebrosa caliginis, et umbra mortis, quare indignus claritate coeli, solis, lunae, ac stella-

rum. Saepius igitur dicamus: *La coelis*, quia Christus est coelum coelorum, et claritas omnium coelorum secundum divum Bernardum et Augustinum. *Ipse est Sol iustitiae, et stella oranda ex Jacob, etc.*

Quarto. Si quis iter ageret, ubi omnis in peccato mortali deprehensus, continuo morti addiceretur; ille, ne funditus periret, necesse foret, vel, ut haberet sanctitatem, vel ut esset cum sanctis, qui eum a morte liberare possent. At nos sumus in tali terra: nam anima, quae peccaverit mortaliter, ipsa morietur quoad gratiam, et ad mortem obligatur aeternam. Ergo dicamus ad Psalterium, *Sanctificetur*: quatenus possimus sanctificari, et a sanctis Dei adiuvari.

Quinto. Iturus per regionem ignotae sibi linguae, hanc ab eo vel aëdise oporteret, vel uti fido interprete. Nos peregrinamus in terra aliena, et futuram civitatem inquirimus, ubi linguis angelorum loqui necesse est. Haec igitur ante nobis descendae sunt. Sunt autem duae scholae, in quibus lingua coelestis addicitur: oratio Dominica, et salutatia angelica. Dicamus ergo in illa saepius, *Nomen tuum*: hoc enim nomen est verbum Dei, et designat verbum, per quod omnia creata sunt.

Sexto. Iter per regnum tyranni habiturus, qui quoscunque abripit, in servitium redigit, nonne is de regia potentia alicui imploranda sibi circumspiceret, qua tutus ab tyranno foret? Mundus, is tyrannus: regis igitur Dei potestas quaerenda est, et sic oranda, *Adveniat regnum tuum*: quod est Filii Dei victoris omnium. Unde divus Iohannes Chrysostomus: *Regnum tuum, Iesu Christe, universa mundi regna devincit, et quosque fideles secure facit transire ad regna superna, quoniam tu es Rex regum, et Dominus dominantium.*

Septimo. Tendenti per hostiles terras, aut salvum conductum, aut palentes habeat, aut captivitatem subeat, necesse est. Nobis igitur in huius orbis hostilitate, sumamus, et usurpemus hanc summi regis libertatem, quae est, *Fiat voluntas tua. Nam summa libertas est, ait divus Augustinus, a divino facere voluntatem. Servire Deo, regnare est.*

Octavo. Si cui peragranda foret aquis superfusa regio, is aut navi, aut alia opus habebit vectura: nos vero sumus ii, qui praesentis vitae miseris circumfundimur; quoniam secundum Basilium iste mundus non est, nisi divinum peccatorum. Quare in coelo sit refugium nostrum, dicamusque, *Sicut in coelo*: haec est illa maris stella, Mater Dei alma.

Nono. Quod si autem terra peregrinationis tuae aspera montibus, ac salibus horrida foret, et in via, seu cavernosa, aut lutosa, aut terrae motibus quateretur, alteritum necesse est, vel, ut ultiua perperus pereas, aut quae via se tibi ostendat, qua evadas: in tali terra corporis tui est anima tua; ex infirmitatibus est circumdata, tribulationibus est spinosa, timoribus, et mutabilitate varia, interque spem ac metum dubia: invade tramitem orationis dominicae, et dic, *Et in terra*. Ex hac in coelos via est per orationem.

Decimo. Fac ita esse: in terra degas sterili,

ubi mira fames, et egestas rerum sit omnium, et plurima mortis imago contabescens, an non de victu potaque tibi providendum esset? ita esset, aut moriendum. Alqui nos hic sumus in terra deserta, et in loco horroris, et vastae solitudinis, famis, ac mortis. Oratio vero, secundum Basilium, praestat panem, et potum vitae. Accipio ergo Psalterium, in quo oritur: *Panem nostrum quotidianum.*

Undecimo. Si qui se principi totos ita dedissent, ut aliunde, nisi ex ipsius manibus, nutrir non possent: is autem nulli quicquam e largiri vellet alimenti, nisi qui suum regale gestaret signum, tesseramque exhiberet; demeritiae foret hanc velle negligere. Nos sub potenti manu Domini agimus, quam is aperit, et implet omne animal, sed si data ab ipso tessera exhibetur. Cum ergo, secundum Chrysostomum, oratio evangelica sit signum verum divinae bonitatis, et potestatis; par est, dicamus in Psalterio, *Da nobis hodie.*

Duodecimo. Qui severo regi essent grandi debito obstricti, ut, cum aere non essent solvendo, capite luere oporteret, rex autem omnia dimittere paratus foret, tantum ut pro remissione rogetur; demens, et infelix esset, qui tantulum ipsi nollet deferre submissionis, et obsequii. Nos debitores Deo facti sumus, aeternis mancipandi carceribus, et tortoribus: parva utraque prece humili evadere possumus, sic enim rex ipse: *Cum clamaverint ad me, exaudiam eos, et ero illorum Deus.* Oremus ergo saepius: *Demitte nobis debita nostra.*

Decimotercio. Qui lenti a principe, et nexi, essent ultimo perendi supplicio ob immania sua facinora, nisi lovisculis offensis proximorum ipsi veniam libenter dederint; hoc vero praestare nolent, sane infelices essent, et maledicti censendi. Haec autem remissio ad proximos fit, cum dicimus: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.*

Decimoquarto. Si tentationibus daemonis carnis et mundi moeroribus, ac miseris agitati, ab his unius lapilli gestatione immunes esse possent, et nolent tantillum, aut negligenter; ii insani, ac vere miseri essent existimandi; talis gemma est oratio dominica: *praeservat*, ait sanctus Augustinus, *a cunctis illusionibus et nocentibus.* Quare merito in Psalterio saepe orandum: *Et ne nos inducas in tentationem.*

Decimoquinto. Si denique navigandum foret nobis, ac transmittendum mare infestum a balanis, a rupibus submersis, a vorticiis, a charybdi, a syrenibus, a gryphibus, et tempestalibus, ac pyratis: starent vero in portu rex, et regina, offerentes duas gemmas, quae ex omnibus istis malis eripiendi vim haberent. Nos autem contemneremus; quis non vesanos diceret? at in hoc mundi freto sunt daemonum, peccata ocella, luxuria, gula, avaritia, superbia, ira, invidia. Christus nam orationem, salutationem suam Maria offerunt. Acceptorum igitur, inque Psalterio semper dicamus: *Sed libera nos a malo. Amen.*

Huius parabolicae sansioni beati Domini, utilissimam aliam beati Alani adiungere non gravabor, quae ad Dominicam orationem frequentandam factis potius, quam verbis studeat

inducere. Libet tamen illam ex sancto Gregorio Nysseno de eadem praemittere sententiam, quod quaedam velut synopsis esse mihi videatur eorum, quae haecenus sunt allata, eruntque deinceps de multiplici effectu ac fructu orationis commemoranda: sic enim sanctus Gregorius: *Oratio corporum robur est, abundantia domus, recta legum ac iuris in civitate constitutio, regni vires, belli trophaeum, pacis securitas, disidentium coniunctio, coniunctorum conservatio: oratio virginitatis sigillum est, matrimonii fides, viatoribus scutum, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, navigantium salus, eiusdem cum angelis honoris conditio, praesentium fructus, futurorum representatio: sed*

Primo, ista nunc per exempla declarat Alanus, qui suis verbis sic ait: *Agnovi in Waldenkusen, qui homagium diabolo fecerat baptismum abnegavit, sed miro modo per Psalterium hoc acceptum, filiationem recuperavit divinam: quia Pater noster orabat, inde etiam, ut pater esset multorum aliorum. Deo servire volentium postmodum promeruit.*

Secundo: *Vidi mortuos hoc suffragio esse resuscitados, quinimo et morti condemnatos in pestilentia, hoc salutari antidoto a morte vidi esse ereptos: quia, qui es, orantur.*

Tertio: *Perpendi propriis oculis, aliquos Religiosos omni vanitati deditos, sed salubri hac medicina procul celestiales effectus, quia, in coelis, orantur.*

Quarto: *Meretrices, et usurarios per hoc castimonie vinculum saepius perpendi de novo esse sanctificatos, quia, sanctificati, orantur.*

Quinto: *Blasphemus, et omni malignitate plenus, incorrigibilisque per hoc fidei oraculum scio perductos ad omnimodam nominis Dei reverentiam, quia, Nomen tuum, orantur.*

Sexto: *Fuit etiam quidam rex, suo privato regno tempore nostro, qui per hoc psalterium acceptum accepit regnum, quia, Adveniat Regnum tuum, orabat, etc.*

Septimo: *Gaudium habui aliquando summum, quia perpendi, quosdam apostatas a religione, et a sancta Dei Ecclesia apud infideles metu poenarum conversantes, se a gaudioso hoc suffragio sic ad divinam redierunt voluntatem, ut martyrium fortissime perferrent: inter quos quidam Antoninus fuit de ordine praedicatorum temporibus nostris: quia, Fiat voluntas tua, orantur.*

Octavo: *Habui prodigium insigne per hoc oraculum; salutare in clara experientia, quod in quibusdam terris, ubi fuit curas maxima in tempestibus nociva supra modum hominibus: sed praedicto hoc coelesti suffragio optata cunctis rediit serenitas, quia, sicut in coelo, orantur, etc.*

Nono: *Experimento probavi sterilitatem in quibusdam terris, et pestiferam cladem horribiliter grassantem; sed stella Psalterii adventante, terrigenis terrisque est benedictio collata, quia, et in terra, orantur.*

Decimo: *Pretiosissimam Eucharistiam novi multos prae peccatorum suorum pondere habere in nausea, et irreverentia, sed accepto hoc remedio devotiois, singularem senserunt in tam mirabili Sacramento suavitatem, Christum Iesum*



ibidem saepius sensibilibus intuebantur, quia, pame nostrum quotidianum, orarunt etc.

Undecimo: *Laeta etiam mente aliquoties perpendi, quosdam immisericordes, et feroces, ut in quodam mille, quem fama, non de nomine novi, qui acceptis armis Psalterii, sic dabant, et abundanter erogabant, ut ceteros elementia superarent; quia, da nobis hodie, orabant, etc.*

Duodecimo: *Virum cognovi, qui in tantam corruit desperationis voraginem, ut nemo possit aliquid de eius salute sperare; sed accepto Psalterii brevi, in spe et opere, multos etiam devotissimos superabat: quia, et dimitte nobis debita nostra, orabat, etc.*

Decimotertio: *Novi etiam praepotentem baronem, et comitem, qui capitali odio guerram gerebat contra similem sibi in potentia principem: unde mala maxima contingebant; sed accepto pacis oraculo, pax tanta est firmata inter eos, ut putarentur tantum avunculus, et amicus; quia, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, orabant, etc.*

Decimoquarto: *Oculis propriis vidi a diabolo possessum, sed cum portaret omnes Psalterii huius evangelicum, continuo liberabatur; cum autem illud dimittit, statim ab inimico vexabatur. Et similia plura saepius vidi, et audivi; quia, et ne nos inducas in tentationem, orabant, etc.*

Decimoquinto: *Conspexi viros, et mulieres, qui mihi dicebant, sibi defunctos apparuisse sub verissimis fidei indicibus, tanquam cruce signatos, qui dicebant, quod cito essent liberati a poenis, quia pro eis Psalteria dicebant: orabantur enim, sed libera nos a malo. Amen. Hucusque Alanus, quae sufficient.*

De dignitate, et excellentia tamen orationis Dominicae, cuius excellentiam, qui desideraverit, consulat Nyssenum, et Tertullianum (*lib. de orat.*), Cyprianum (*serm. 6. de orat. Domin.*), Cyrillum (*catech. 5. mystag.*), Chrysostomum (*homil. de orat. Dom. et in cap. 6. Math.*), Hieronymum, Theophylactum, Euthymium (*in 6. c. Math.*), Divum Ambrosium (*lib. 5. de sacram. cap. 4.*), Augustinum (*epist. 121. cap. 9. 10. 11. et lib. 2. de serm. Dom. in monte cap. 4. et hom. 42. et 50. et serm. de tempor. 126. 135. 182. et serm. 9. ex dicit.*), Chrysologum (*serm. 67.*), Innocentium 3. (*lib. 5. de myst. Missae cap. 7.*), Petrum Laodicensem, et Germanum Patriarcham (*in expos. orat. Dom. Cassi. collat. 9. cap. 18.*), Maldonatum (*in 6. cap. Math.*), Toletum (*in 2. Luc.*), Albertum Magnum (*utroque loc.*), Cornelium Senekis (*quinque serm.*), Petrum Canisium (*in catech.*), et Durantium (*in ration.*), etc.

Ceterum iam de dignitate, et excellentia salutationis angelicae nonnulla subiiciamus. Tres illa habet auctores omni exceptione maiores, cum per os illorum locutus sit Deus. Primus est archangelus Gabriel, dum b. Virgini dixit (*Luc. 1.*): *Ave Maria gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus.* Secundus fuit Elisabetha ad beatam Virginem, dicens: *Et benedictus fructus ventris tui.* Tertius est Ecclesia catholica, quae illa subnectit verba: *Iesu, sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.* Hanc tanti fecerunt Christus Dominus, Apostoli, et angeli, ut b.

Alanus (*lib. 2. de ortu et prog. frat. cap. 17.*) affirmet Dei Genitricem superstiti, omnes illos ea usos fuisse, imo addit etiam beatam Virginem illam usurpasse, ut sibi revelavit in haec verba: *Ipsa sciens virtutem annunciationis Dominicae, devotius illam dicebam, ego, inquam, secundum esse naturale humanum, orabant ipsam Mariam secundum esse divinum gratiae, et gloriae; additque ibidem: Sancti in coelo angeli offerunt Mariae Virgini hoc salutare, scilicet salutationem angelicam, non vocis, sed mente. Sciunt enim, quod tali auxilio est ruina angelorum reparata, Deus homo factus, et mundus renovatus. Hinc salutationem angelicam tam Apostoli, quam alii sancti Patres in suis liturgiis recitandam praescriperunt: etenim divus Iacobus (*in sua liturg.*), post multam Deiparae invocationem per salutationem angelicam, beatam Mariam salutat: quod idem praestitit sanctus Ioannes Chrysostomus (*in sua liturg.*), totidem eam verbis in caeone Missae, a se composito, usurpandam praescripsit; et ut tradit eruditus auctor Andreas Compeslen. (*in sua clavi praed. Rosar. lib. 1. cap. 12.*), Apostoli, ut ad orationem dominicam, sic et ad salutationem angelicam, et sanctum sacrificium missae offerre consueverunt. Beatus etiam Basiliius magnus (*in sua form. liturg.*), eandem inserat salutationem angelicam, qui cum divo Ioanne Chrysostomo (*prae. loc.*) arbitrat, proximum dignitatis, ac sanctitatis locum post ter sanctissima consecrationis verba, tenere salutationem angelicam oportere; simul docens, quem in modum eadem pie, reeque uti deceat in Ecclesia, cum grata videlicet memoria summi beneficii, atque superni mysterii. Nam, ut beatus Petrus Damianus ait (*serm. de Nativ. beat. Virg.*): *Incarnatio Dei, et redemptio hominum, et renovatio mundi in ea continetur. At, si effectus eius miram utilitatem agnoscere desideras, recole, quae pie et erudite in haec verba beatus Alanus (*De Psal. beat. Virg. c. 70*) dixit: *Auscultet sancti tui nominis anap, et Maria. Coelum gaudet, omnis terra stupet, cum dico, Ave Maria, satan fugit, infernus contremiscit: cum dico, Ave Maria, mundus viliscit, cor in amore liquescit: cum dico, Ave Maria, terror evanescit, caro marcescit: cum dico, Ave Maria, crescit devotio, oritur compunctio: cum dico, Ave Maria, spes proficit, augetur consolatio: cum dico, Ave Maria, recreatur animus, et in bono confortatur aeger affectus: cum dico, Ave Maria, siquidem tanta est suavitas huius benedictae salutationis, ut humanis non possit explicari verbis, sed semper altior manet, et profundior, quam omnis creatura indagare sufficiat. Haec oratio parca verbis, alta mysteriis, brevis sermone, alta virtute, super mel dulcis, super aurum pretiosa, ore cordis est iugiter ruminanda, labisque puris frequentissime legenda, ac devote repelenda: nam verbis paucissimis contextitur, et in latissimum torrentem celestis suavitatis diffunditur; sic Alanus, etc.***

Atque hinc est, quod sancti Patres excellentiam pariter, et utilitatem salutationis angelicae probe agnoscentes, multifariam, multisque modis illam suadent. Sanctus Athanasius (*sup. Evang. de sanctis. Doip.*) in hunc modum

b. Virginem salutat: *Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima Virgo: quae etiam a partu Virgo permansisti: Ave gratia plena, Dominus tecum. Beatum te praedicant omnium angelorum, et terrestrium Hierarchiae: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui: intercede hera, et domina, et regina, et mater Dei pro nobis. Divus Ioannes Damascenus (*in orat. de dormit. b. Virg.*), et idem sanctus doctor (*in Cant.*), ad sanctae Genitricis Dei annunciationem sic loquitur: *Piorum labia Dei Genitricis angeli vocem sine intermissione modulantes, cum exultatione clamant: Ave gratia plena, Dominus tecum. S. Bernardus (*super Miss. est*) haec melliflua scripsit de salutatione angelica: *Dum eam devote dicimus, coelum ridet, angeli laetantur, daemones fugiunt, infernus tremit, quoties cum reverentia dicimus, Ave: ac rursus idem ait: Est tibi o Virgo Maria, quasi osculum imprimere, hunc audire versiculum: Ave Maria: toties enim o beatissima oscularis, quoties per Ave salutaris: et addit: Ergo fratres charissimi, ad imaginem eius accedite, genua flectite, oscula imprimito, Ave Maria dicite; haec ille. S. Cyrillus Alexandrinus (*hom. 6. contra Nest.*), coram Patribus Concilii Ephesini sic beatam Virginem honorat: *Salve sancta, et arcana Trinitas, quae nos omnes ad hanc Deiparae celebritatem convocasti; salve et tu quoque Dei Genitrix, tu lampas inextinguibilis, tu virginitalis corona, tu rectae fidei sceptrum, ac norma, tu templum inviolatum, tu virgo, et mater, per te benedicimus, qui venit in nomine Domini. Antiquissimus Chrysippus presbyter Hierosolymitanus sic illam salutat, et salutare docet: *Ave fons lucis, omnem hominem illuminantis; ave solis ortus, qui nullum ferre potest occasum; ave armarium vitae; ave, quae es hortus Patris; ave, quae es pratum totius fragrantiae s. Spiritus; ave radix omnium bonorum; ave specimen gemmae, omne excedentis; ave vitis uvas pulchras producens; ave nubes pluviae potum animi sanctorum exhibens; ave, quae es puteus semper viventis aquae; ave, quae es rubus ardens igne spirituali, nusquam tamen adurens; ave porta clausa, soli regi aperta: ave mons, unde lapis angularis abscissus est sine manibus: haec ille. Quae et similia pene infinita frequenter Patres edixere, quae brevitalis causa silentio praetereo, duo tamen minime praetereo, quae b. Alanus (*lib. de Psal.*) refert valde memoranda, quod male affectum esse ad salutationem angelicam, seu eius recitationem negligere, signum est hominis improbi: etenim (*cap. 11*) haec scribit: *Scias enim, et secure intelligis, quod, et inde late omnibus patefacias, quod videlicet signum probabile est, et propinquum aeternae damnationis, horrere, et atterdiari, ac negligere salutationem angelicam, totius mundi reparativam. Alterum est, quod (*cap. 69*) de sacra quadam moniali beatae Virgini devotissima narrat. Haec post obitum suum cuidam sorori suae apparuit, cum qua de utilitate salutationis angelicae disserens, haec valde observanda ei dixit: *Si possem redire ad corpus, et unum dumtaxat Ave Maria orare, etsi sine magna devotione, ego propter meritum illius vellem tantum rursus su-*******

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.

stinere cruciatum, quantum ante mortem perpassa fuit.

Deinde salutationem hanc ex quinque inter alia commendabilem reperio. 1. ex parte militantis, 2. missi, 3. personae, cui missa est, 4. causae, ob quam missa est, 5. ex insolito, ac singulari modo salutandi. Primum ex eo patet, quia missa est a tota Trinitate, et Gabrieli ad h. Virginem Mariam deferenda commissa est. Unde Pater ibi ostendit suam potentiam, dans Virgini vim, et potentiam committendi supra naturae ordinem, et capiendi quem coeli coelorum capere non possunt. Filius sapientiam ostendit, dum ingrediens uterum virginalem, et egrediens salvo virginitalis sigillo, novit filiam matrem suam reddere. Spiritus sanctus gratiae suae thesaurus manifestavit obtinens Virginem, tanquam eam superadimplens gratia, ut de plenitudine eius accipiant universi. Innoscit etiam excellentia ex parte missi: nam nuncius fuit Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei, vel homo, et Deus, ut Christus homo, et Deus Iesus evangelizaretur: ac licet principaliter esset missus Gabriel, tamen secundum Albertum Magnum (*super cap. 1. Luc.*), exercitus adfuit angelorum, qui non ingressi ad eam, foris reverenter explebant; ad eum certe modum, quo nuncius angelus dicitur pastoribus nunciasse gaudium, et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis exercitus: quod et praefiguratum cerno in Eleazar, quem unum militem Abraham seniore domus suae, multos tamen sis viros habebat secum, ut (*Genes. 24*) legitur. Unde s. Bernardus (*sup. Missae est*) ait: *Non solum cum Gabriele descendit angelorum exercitus, sed etiam angelorum Dominus. Excellentia deinde ex parte personae, ad quam missa est, satis liquet ex eo, quod fuit ad Mariam in matrem Dei electam, qui merito dicere nobis licet, quod Egyptii ad Ioseph (*Gen. 47. et 25*): *Salus nostra in manu tua est, respiciat nos tantum Domina nostra, et laeti serviemus regi.**

Rursus excellentia ex parte causae salutationis angelicae satis nota est, cum haec fuerit divini, aeternique decreti exequutio, et redemptionis nostrae annunciatio, ut eleganter prosequitur s. Bernardus (*serm. de annunc.*), etc.

Tandem eiusdem excellentia ex singulari, ac insolito salutandi modo deprehenditur. (*Daniel. cap. 2*) lego: *Rea in aeternum vive: (2. Reg. 16): Salve Rex: (Tob. cap. 5): Gaudium sit tibi: (1. Cor. 1): Gratia a vobis, et pax a Deo: (Iudic. 6) Gedeoni dicitur: Dominus tecum: (Iud. cap. 13): Benedixit te Dominus: benedicta es tu: benedictus Dominus. Sola Mariae dictum est: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Tecum copiosissime in mente et tecum per novem menses erit incarnatus in ventre, etc.*

Atque his facile id, quod intendebamus, colligit, nimirum, quod cum tanta sit excellentia orationis dominicae, et salutationis angelicae, ex quibus, tanquam ex partibus Rosarii formula componitur, non potest non Rosarii, seu angelici Psalterii dignitas magna esse. Unde arbitror, quod si angelicum psalterium cum Davidico conferatur, hoc ab illo



nobilitate praecellatur, tum quia est causa finalis Davidici; finis autem est nobilior his, quae sunt ad finem secundum philosophum: tum nobilitas est in perfectione, quia habuit effectum nobiliorem, puta (*Ioan. 1*): *Verbum caro factum*; tum quia est initium novi testamenti, quod nobilitas est veteri; tum quia se excedunt, sicut figura, et figuratum, umbra, et corpus: *Omnia enim in figura contingebant illis*, ut ait Apostolus (*1. Cor. 10*): tum quia compositum est a sanctissima Trinitate, ab angelo pronuntiatum, et Mariae praesentatum; Davidicum autem a peccatore factum, et Synagoga collatum: tum quia angelicum est consummatio Davidici fructus, et perfectio, unde accedente testamento novo, evanuit antiquum: tum quia angelicum aperit coelum, Davidico clausum erat: tum quia per angelicum facta est universalis pax Dei Patris, et hominis; per Davidicum vero reconciliati non sumus: tum denique, quia Davidicum psalterium Christum, et Matrem eius a longe solum vaticinabatur futuram, angelicum autem, et Matrem Dei factam, et Deum ex ea incarnatum continet, et praedicat.

Ad extremum beatus Alanus (*lib. de dig. post. cap. 18*) narrat haec sibi dixisse beatum Dominicum, cum sibi apparuit: *Tu praedicas fili; sed tibi caecus, ne potius laudem humanam quaeras, quam animarum fructum. Audi quid mihi Parisiis contigit? Debebam in maiori Ecclesia b. Mariae praedicare, et volebam curiose, non tactantiae causa, sed propter astantium facultatem, et dignitatem. Cum igitur more meo per horam fere ante sermonem in Battered meo, Rosarium intelligit, quodam in capella post altare matris orarem, subito factus sum in raptu: cernebam amicum meum Dei Genitricem offerentem mihi libellum, et dicebant: Dominice etsi bonum est, quod praedicare disposuisti, sermonem tamen longe meliorem attuli: lactus librum capio, lego constanter, ut dixit, reperio, gratias ago, odest hara sermonis, adest Parisiensis Universitatis tota. Dominorumque numerus magnus: quos videntes, et videbant signa magna, quae per me Dominus operabatur. Itaque ambonem ascendit, festum erat s. Iohannis Evangelistae, de eo aliquid non dico, nisi quod custos singularis esse merui Reginae coeli: deinde auditores sic alloquitur: Domini, et magistri praestantissimi, aures reverentiae vestrae solitae sunt curiosos audire sermones, et auscultare: at nunc ego non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis loquar.*

Primo: Quaero, si hostilis esset terra vobis peragranda, num saluum conductum velletis, et circumspiceretis? at qui in mediis hostibus agimus, et salutatio angeli salutis est symbolum, iuxta hoc verbum, *Ave*, hoc salvo conductu liberabimur, quia orbis est liberatus a maledictione Evae per *Ave*.

Secundo: Cum est eundem per cavernas, et obscura loca, lucernam praefereamus: at omnes per humanae mortalitatis latebrosas tendimus cavernas: quare ad lucernam Mariam igne devotionis accedamus, et illuminabimur: ipsa enim est stella maris, et illuminatrix.

Tertio: Fac illa esse, regem Franciae diris

facinoribus tuis habes offensissimum; an non egeres reginae gratia, regis ad offensam placandam? nos sumus, qui in multis offendimus omnes Deum: hunc Regina coeli potest, et vult reconciliare, tantum illius a nobis recolat gratia, et honoretur. Quae igitur, vel hodie arripialis psalterium, cras forte non omnes velis: quod si accidit, nam artium studiosi quatuor, improbis moribus, cum, ut peroravit despiciant habentes, aiebat: Magna quaedam expeclabamus, et ecce puerorum lectionem audivimus: nocte proxima perpolant iidem, et scortantur, in amplexibus scorti, iram extimulante libidine, ad rixam, ad arma runt, duo interfectione occiduntur, alii duobus ad mortem vulneratis: hi ambo in carceres retrus, paulo post, ibidem, inter blasphemias animam exhalant.

Pergit ita s. Dominicus summam. Quarto: Qui iter cogitat per loca sola, per terras incultas, et humani victus egeres, is alendo sibi plene de commatu provident necesse est. Haec nostra peregrinationis terra inops est, honorum coelestium inanis, et vacua. Quare de plenitudine illius accipiamus, quae est plena, etc.

Quinto: Turbatur terra bellis, aut infestam habent latroneum, ut nulli sit unquam tula salus, praeterquam in uno castro inexpugnabili; ad hoc, quis nisi contemplet vitae, non confugiat: talis est terra, in qua mortales agimus, et Dominus est refugium nostrum. Hunc requiramus in salutatione, persaepe dicentes, Dominus.

Sexto: *Omnes peccavimus, et egenus gratia; peccatores in tenebris ambulantes, idque in terra belluarum plena, vae soli, ductore egeres et defensore: ora igitur Dominam, et assume eam tecum.*

Septimo: Infames domos, et loca defugimus, aut soli non adimus: quis autem, periculum honoris incurrimus; quis tam infamis, ac mundus hic? et transcurrendas est nobis. Comitem ergo s. Mariam assumamus, dicentes illi saepius, benedicta.

Octavo: In schola, qui est, cuius linguam ignorat, hanc addiscit. Nos in ea sumus, ubi nescimus, odio, an amore digni simus: oremus ergo, ave, in quo hoc tu nobis id demonstrabis.

Nono: Si stipem osiatim colligeretis in terra, ubi viri omnes duri forent, mulieres autem natura meliores; de harum misericordia vobis demerenda laboraretis. Maria est mater misericordiae, etsi omnes angeli, ac divi per nostra in Deum peccata aversi fuissent a nobis, non tamen illa Virgo. Quare merito eam benedicamus in mulieribus.

Decimo: Cum teste s. Gregorio, quotidie ambulemus vias mundi amaritudine plenas, gratissimus is Comes nobis fuerit, quia consolatione suavissimus. Hic, is est, et adesse vult nobis cui dicimus, Benedictus: quin igitur eum nobis, devincire studeamus in Psalterio?

Undecimo: Quid in itinere positus, labore fessus, fame, sitique exhaustus, desititutus praesidio sui recreandi, quid his evenire possent gratius, quam, ut in arbore omnia plenam

fructibus, et manentem sub ea fontem incidant? nobis in vitae huius via inaequos, beatissima Virgo occurrat arbor benedicti fructus, cum foale vitae. Hanc igitur cum angelo salutemus.

Duodecimo: Fingamus e vobis aliquem illi regno dandum esse regem, in quo steriles omnes, nemo pater, mater nemo fieri possent: gemma tamen regi novo demonstraretur, cui vis inesset omnes foecundandi, hanc is, si sapit, minime reiiciet. In suo quisque corporis regno Rex est, sed id in terra est maledictionis, et spinarum; hanc tamen foecundabit, qui gemmam salutationis pie usurpabit ventris dietam: nam b. Virgo pariens, omnem orbi sterilitatem abstulit: tollit et suam.

Decimolerto: Dictum est nobis: Negotiamini donec veniam, sed mendicus, et pauper sum ego: quisque dicere potest: aurum, et argentum non est mihi. Unde igitur negotior? Sit ergo Regina, quae te copiose donare pecuniis velit: non illius amabis gratiam? Maria est, cui dicendum est, *Tui*, in quo intelligimus, omnia ipsam possidere: tibi possidet, ut subveniat tibi, illi tu famulare in psalterio.

Decimoquarto: Si quis vinculis nexus, et carcere clausus detineretur, oblatamque nollet clavim, qua apertis evadere foribus licite, et gloriose possent: cum is, demens, tum in sese foret iniquus. Nos vinciti, sedemus in mendicitate, et ferro. Quin ergo clavim David accipimus, qui est, Iesus: hic, per quam fuit conceptus, per eandem salutationem accipitur.

Decimoquinto: Agenti super terram pestiferam, et tabificam, nil perinde opus est, ac certum antidotum, seu unguentum, quod adversus omnem luem valeret. Hoc autem est Christus, cuius sicut unguentum effusum nomen est; huius pigmentaria est Maria, quae Christum dedit orbi, dabit et tibi; tantum salutatione angelica ipsam rite venerare.

Cum igitur tot ac tam innumerae sint salutationis angelicae utilitates, frequenter saue salubri huius salutationis exercitio vacare deberemus: etenim, ut dixit d. Bernardus (*serm. de Par.*), invitat ad nos salutandam Gabrielis exemplum, infantis tripudium, et resalutationis lucrum. Unde recte quidam Poetarum dixit:

Virginis intactae cum veneris auro figuram,  
Praeteritendo cave ne sieat Ave.

## HOMILIA II.

In percelebri festo Rosarii beatam Virginem rosae comparamus: eius proprietates pulchre ei accommodantes in illa verba: Quasi plantatio rosae in Iericho.

Cum plurima, atque propemodum infinita epitheta de sacerrima Virgine divina eloquia proferant; nullum tamen, quantum capio, quantum sepio, prodiderrunt, quod exacte magis vitam innocentem Deiparae exprimat, quam quod plantatio rosae dicta sit. Nam quod stel-

la matutina, aurora consurgens, luna, cedrus, platanus, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, porta orientalis, et alia eiusmodi de ipsa praedictur, explicant illa quidem aut eius virginitalis decus, aut eius gratiae, ac pulchritudinis excellentiam. At vero plantatio rosae totum cursum vitae, indum hanc vitam nobiscum Virgo traduxit, indicat. Nam Ambrosius (*lib. de Virg.*) in rosa delicias virginitalis agnoscit. Plantatio rosae est integerrimae Deiparae vita. Rosa humilis est planta, cum parum fructus esse humo se attollat; beatissima Virgo speculum sempiternae humilitatis (*Luc. 1*): *Quia respexit humilitatem Ancillae suae*. Plantatio rosae exiguas radices figit in terra; beata Virgo nihil unquam terrenum expetivit, ut ipsa testatur (*lib. 10. Revel. sanctae Virg. c. 10*). Rosa inter spinas nascitur, hispidaque aculeis rosae hastilia recit, exerdescent, et quo magis crescit plantula, eo densiores, eo duriores spinae consuescunt, multoque plures spinae, quam rosae conoritur; non secus accidit Virgini. Benedicta Maria sanctificatur per gratiam ab omni labe, etiam originali illam praeservante: in rosa. Benedicta Virgo patre orbatur: in spina. Beatissima Virgo in templo offertur: in rosa. Beatissima Virgo ieiunias, ac vigiliis se affligit: in spinae. Ab angelo salatur: in rosa. Sed turbari videt Ioseph: in spina. Christum Virgo parit: in rosa. Sed reclinat in praesepe, quia non erat et locus in diversorio: in spina. Magis Christum adorantes cernit: in rosa. Sed fugit in Aegyptum: in spinae. Christum vidit miracula facientem: in rosae. Sed eundem amarulentis odiis exceptum dolet: in spinae. Tandemque quo crescit rosa in Christi passione, ac morte, eo magis multiplicatorem, ac recrudescunt spinarum. Sed miror rosae constlantiam: licet enim spinarum durae, acutiores, et valentiores sint; rosa tamen, hoc est, Maria, consistit immobilis (*Ioan. 1*): *Stabat iuxta crucem*; coeli quoque ac coelestis floris influxu nutriebatur, ac sustentabatur.

Ceterum, licet Deipara Virgo variis tribulationum spinis fuerit circumdata, et Christo Filio suo, spinis coronato, similiorum se exhiberet, nullius tamen peccati spina illam unquam laceravit. Ut enim adnotarunt sanctus Basiliius (*homilia 5. in Ezam.*), et Ambrosius (*ib.*), nec non et Procopius, illud interitum discrimen inter rosas ante paradisum consilium paratas, et eas, quae post praevocationem Adae exortae fuere, quod cum istae spinosae nascentur, illas absque omni spina terra illa nondum maledicta germinaret; tunc enim, atque hi Patres, spinis carebat rosa; postea vero pulchritudini floris adiunctae sunt spinae: a principio sine spinis proderant rosae, sed postea vepres accesserunt; non dissimiliter beatissima Virgo, instar rosae a principio creationis mundi, et ante primi parentis lapsus productae, omni peccati spina, virtute sanguinis Christi eam praeservavit, caruit. Quod et metaphora eadri, beatissima Virgo elegantiter explicuit (*Ecc. 27*): *Quasi cedrus exaltata sum in Libano*; id est, quasi cedrus inter caetera ligna, sic sum ego inter caeteras humanae creaturas: licet e



nim cetera ligna a carie, et a linea rodantur, cedrus tamen nunquam laedi potuit ab illis, quia incorruptibilis est, et impenetrabilis ab eis: atque inde praeelecta fuit, ut ex ea arca foederis conficeretur, quae figuram gerit Virginis sanctissimae. Et addit: *Et quasi cypressus in monte Sion*. Cypressus etiam nunquam a carie laeditur. Unde statua Iovis in Capitolio posita, post annos ducentos integra et sana inventa est; ac ideo cypressum eligebant Romani ad status suas conficiendas. Ideoque eam etiam praeelegit Plato (*lib. de leg.*), ut in ca leges conscriberentur, ne unquam corrumpi, aut consumi possent. Et prosequitur Virgo: *Et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas*. Per aquas saepe in Scriptura pronitas, ac fragilitas ad peccandum exprimitur (1. Regum 7): *Conversus ad Deum filii Israel ex toto corde fuderunt aquam in conspectu Domini, et ieiunaverunt, atque dixerunt, peccavimus Domino*. Quid sibi vult haec caeremonia effundendi aquam coram Domino, gementes, et dicentes peccavimus? Aliqui dicunt id fecisse, ut innuerent radicibus se idololatricam deserere, nec vestigium eius in se retinere: quocumque enim liquore alio plenum sit vas, si effunditur, aliquid remanet inhaerens in vase; si tamen aqua plenum sit, taliter eam a se totam repellit, quod nec odor adhuc aquae remanet, nec vestigium aliud, vel indicium, quod ibi fuerit aliquando aqua. Unde per caeremoniam illam inaeabant, quod radicibus omnem a se idololatricam expellebant. Alii vero credunt, quod per eam voluerit Samuel dicere Deo, ut eum ad misericordiam incitaret, respice ad debilitatem, ac fragilitatem nostram ad cadendum, et peccandum: *Omnes enim quasi aqua dilabimur*. Dicit ergo beata Virgo: Ego quidem plantata sum iuxta aquas, vel iuxta peccatores, qui maxima facilitate labuntur, sed denique plantata sum, quasi platanus. Platanus secus decursu aquarum plantatur, et in aqua nascitur, et ex aqua crescit, et sustentatur; sed sic levia habet folia, ut oleo diceres perennata, nec guttam unam aquae in se retinere. Sic Virgo, licet ex parentibus orta peccatoribus, et iuxta peccatores nutrita, et commorata, nil tamen peccati ei adhaesit, sed ab omni macula libera extitit. Facit ad idem arbor illa (*Daniel. 4.*), de qua audivit rex: *Succidite arborem, veruntamen germen radicem eius in terra sinite*. Ex germenibus omnibus ab ea productis unum tantum integrum et illaesum servari praecipitur. Ista arbor magna Adam est. Germina sunt omnes homines ab illo producti. Arbor ergo, et omnia eius germina succiduntur; unum tamen inter omnia servetur illaesum, Virgo scilicet sanctissima, quae primum ligni virorem retinet, nec labe aliqua foedetur, ut reliqui rami.

Ceterum ad rosam reversus, unde nonnulli oratio digressa est, beatissima Virgo gaudet, rosam in Iericho nominari triplici ratione, tum foecunditatis loci, tum singularis modi, tum ratione rei significatae: etenim in primis, Iericho foecundissima terra est, cum pretiosissimum balsamum producat, beatissimae Virginis praeclarum symbolum, Ecclesiastico in per-

sona eius dicente (*c. 24*): *Sicut cinnamomum, et balsamum odorem dedi: et ut ei obiter dicam, id referente ex variis auctoribus, Ioanne Andrea (in sua clavae praedicandi, lib. 1. cap. 26), Aegyptii balsamum ex Iericho transtulerunt, et in sua patria plantaverunt usque Babyloniam, sed ibi minime crescit, nisi terra manibus christianorum fuerit culta: quod mihi ob oculis ponit Virginis laudem non crescere, immo nec radices aliquas mittere, nisi inter catholicae Ecclesiae alumnos, qui tam prolem, quam matrem per sacras Rosarii praesens religioso venerantur cultu. Singularem autem modum crescendo Ierichuntinae rosae tradidit ex Alberto idem auctor in haec verba: In Iericho crescunt rosae centum quinquaginta folia habentes; quales Sammus Pontifex, ut auctor est Cornelius (*serm. 19. de Ros.*) omni anno in die Laetae, solitus est Romae benedicere in Ecclesia beatissimae Virginis maioris. Ratione etiam significationis Deiparae se rosam in Iericho nuncupavit: nam Iericho interpretatur luna, sive defectus; et ideo apte peccatores significat a Dei gratia deficientes. Sicut autem a solis illuminatione luna iterum quasi accensa rubescit, et crescit usque ad perfectum augmentum; sic peccator peccando deficit, et decrecit, donec Mariae auxilium invocans, divinae gratiae ardore accenditur, et de virtute in virtutem crescit, quousque evacuato, quod ex parte est, videt Deum deorum in Sion, aeternam felicitatem obtinens.*

Finixere poetae olim rosam enatam fuisse et sudore feminae, nomine Ioniae, cuius haec erat indoles, ut in dilueto candida, in meridie rubea, proxima iam nocte viridis appareret: sane quod in hac rosa commentum fuit poetarum, in beatissima Virgine veraciter impletum video, quia in suae conceptionis dilueto rosa fuit gratiae nitore candida, in annunciationis meridie divinitatis igni, in utero eius humanam carnem sibi incorporante, amoris flammis ignita, et rubicunda; in nocte laudem felicitatis eius mortis, viridis; hoc est, omnis putrefactionis immunis, incorruptibilis virore decora permansit. Referunt etiam idem poetae, rosam a primordiis suae creationis candidam fuisse, cum tamen Dea Venus molli suo vestigio illam calcaret, spinis illius puncta, sanguis effluxit, quo rosa conspersa, purpureum, et rubicundum mutavit colorem. Hac fabella, et mendacium veritatem docuere, omnium eas virgines, quae a Venere pede conculcati se patiuntur propter virginitalis iacturam, nimio verecundiae rubore suffundi, eas vero, quae a Venere non conculcantur, virginitalis candore nitere. Illud sane singulare est in beatissima Virgine, ut propter caerentiam peccati originalis, vel ut illis placet, propter fomitem peccati in ea a principio suae conceptionis penitus extinctum, Venere pes, non dicam eam unquam calcaverit, sed nec attingerit, ut his verbis erudite dixit Richardus de sancto Victore (*lib. 2. de Enn. cap. 25*): *In ceteris Sanctis magnificum fuit, quod a vitulis non sunt expugnati, in Virgine autem, quod nec in modico impugnatum fuit.*

Fuit igitur beatissima Virgo rosa, omni pun-

genti spina carens, ad quod significandum Spiritus sanctus consulto rosae Ierichuntinae illam comparavit (*Ecclesiast. 24*): *Quasi plantatio rosae in Iericho*. Huiusmodi rosae Ierichuntinae reliquas omnes terrae promissionis longe antecellebant, in maioriq. pretio expropter habebantur, quod non tam naturae cursu, quam Dei miraculo procreatae censebantur. Miraculum autem hoc fuit, quod prophetae Elisaeus per Iericho pertransiens, audiens incolae dicentes (*Iosue 6*): *Civitas quidem optima est, sed aquae pessimae sunt, et terra sterilis, ipse continuo pugillo salis in aquas immerso, miraculose eas fecit potabiles, et terrae frugiferas. Inter varias autem plantas, quae planitiam terrae exornarunt, illa pulchritudine, et odoris fragrantia rosa superabat, ut Elisaei virtus, et miraculum magis in ea solum, quam reliquis omnibus effulgeret; et ideo apud omnes celebris erat plantatio rosae in Iericho. Non dissimiliter divinus Elisaeus Christus Dominus, non solum pugillo salis suae sapientiae, sed proprio sanguine suo sterilem hanc mundi terram, quae spinas, et vepres antea ferebat, irrigans, Ecclesiam frugiferam reddidit, adeo ut innumeram martyrum, virginum, confessorum, eremitarum, et anachoretarum multitudinem germinaret: inter omnes tamen has plantas rosa Iericho Maria tam longe reliquis alias praecellit, ut in ea sola virtus sanguinis Christi, et eius redemptionis incomparabiliter magis, quam reliquis omnibus praerulere merito videatur. Unde quemadmodum excellentia pulchritudinis rosae Ierichuntinae non tribuebatur virtuti terrae Iericho, cum ex se sterilis esset, sed virtuti Elisaei, miraculum effectrici; ita immunitas ab omni labe, candor, et pulchritudo Deiparae Virginis non erat sibi conaturalis, nec ex se illam germinabat, sed virtute divini Elisaei Christi Domini, illam praeservantis, multisque coelestibus charismalibus eam locupletantis, tribui, et ascribi debet: vel certe aeterno Patri, qui in viscera eius sal sapientiae unigeniti Filii sui immittere dignatus est. Ad haec Ecclesia catholica, cupiens beatissimam Virginem multis praconis efferre, rosae metaphoram usurpat: *Sicut dies verna circumdabant eam flores rosarum*. Hebraismus est iste: etenim cum Hebraei careant adiectivis, loco illorum substantivis utuntur, filium iniquum dicere volentes, filium iniquitatis illum appellant; quare idem est flores rosarum, quod flores rosacei: fateor ita esse apud Hebraeos; sed altius mihi videtur tendere Ecclesia, cum ait, flores rosarum circumdare beatissimam Virginem, inuit sane, quod hoc usque dicebamus, nimirum illud interesse discriminis inter beatissimam Virginem, et reliquorum omnium sanctorum coelum, quod illi sunt rosae, sed inter spinas variarum passionum, et tentationum animam perturbantium constitutae; beatissima autem Virgo fuit rosa inter flores coelestium donorum concepta, et enata.*

Non inficior, quod inter flores quidam inveniantur pulchri, sed non odoriferi, alii odor fragrantis, sed pulchritudine carentes, alii pulchri simul, et odoriferi, sed non medici-

nales; rosa tamen his omnibus simul virtutibus praedita esse perhibetur, et ideo consulto Ecclesia comparat Virginem, non cuiuscumque flori, sed flori rosaceo. Pulchritudo Virginis salis, superque apparet in candore integerrimae eius virginitalis, praeclearae quidem adumbratae in rosis illis Elisaei: etenim qui regiones illas accuratissime lustravit, et magna fide posteris quasi in tabula artificiose depicta spectandas proposuit, Bartholomaeus Saligniacus (*lona. 9. descript. terrae Sanctae cap. 6*) testatur, prope fontem Elisaei, huius generis nasci rosaria, quorum foetus istae rosae, quae Salvator noster nocte nasci dignatus, quamvis exsueae sint, et siccae, paulatim sponte sua hiare, et tandem se prorius pandere: post eam noctem ramos contrahunt, et in globum sese colligunt. Visae sunt nonnullae devoto tempore: id miraculi fidei fidelium nostro Virginei partus honori communibus suffragiis adiuventia. Dies miraculo consensus, et praerogativa incorruptionis Mariane miraculo respondet. Nam fatentur non catholico modo Patres sancti, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, et Damascenus, sed quod miremur magis, apud Galantium Rabbini Iudaeorum, ipsam esse portam principis, cuius nomen, Iesse Zacharia, est oriens, de qua praedixerat Ezechiel, quod clausa erit, et non aperietur, et vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, erit clausa principi. Quid? Principem excludit? minime gentium: sponte, lubenterque admittit, concepit, peperit. Nonne haec auditivis consensum promissimum? *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum; sed clausa principi, quia clausis ad adventum usque principis clausa, quoniam virum non cognosco, quia novi virginitatem: quod vovit, reddidit: semper enim clausa mansit post egressum principis in ingressu, et egressu eius, quia virginitalis signaculum semper permansit illaesum, sic fuit clausa principi, hoc est in principis gratiam, et cum principe clausa. Subiungitur enim causa huius mysterii, quia Princeps sedebit in ea, sicut clausam ingrediens invenit, sic egrediens clausam reliquit.*

Non solum autem B. Virgo fuit pulchra per virginitatem, sed et adeo odorifera per humilitatem, ut odoris sui fragrantia Verbum divinum in sinu Patris recubans, ad requiescendum intra virginem eius claustrum alliceret, *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*. Sane cum quispiam rex dilatatem regiam celans peregrinatur, nihil mirum, quod modica sibi placeant, et quae medioera sunt, laudet, cum arca et campestris praetiosus non abundent. Cum autem rex aliquoq. sapiens, et opulentus sub arceis lacunaribus habitat, et in throno maiestatis suae summa rerum opulentia residet, tunc si quidpiam sibi placeat, et illud mirifice laudat, manifestum id est perfectioris, et excellentiae rei argumentum. Certe, cum Christus Dominus Rex regum, et Dominus dominantium carnis velamine regia eius maiestate contexta in mundo hoc peregrinabatur, quorundam bonus odor sibi placuit, quos variis praconis commendavit.



Channeae fidem laudavit (*Matt. 15*): *O mulier, magna est fides tua. Ardentes Magdalenae amorem agnosces, dixit (Luc. 7): Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Catholicam Petri confessionem audiens, in illa verba prorupit (Math. 16): Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. At dum Christus coelica culmina tenebat, dum in sinu Patris adorat, cum esset rex in accubitu suo, odor Marianae humilitatis adeo sibi placuit, ut eius mira suavitate allectus, in uterum eius incarnandus descenderet.*

Possumus etiam per odorem huius Marianae rosae celebrem Virginis famam intelligere, quae ad omnes etiam longinquas nationes pervenit, unde dicitur (*Luc. 1*): *Beatum me dicent omnes generationes: unde in eius figura de arbitror dictum illud Iudith: Erat haec in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum. Quod si quispiam nihil obicit, nulla ratione haec verba in beatissimam Virginem convenire posse, cum tot haeretici, non unum verbum malum, sed permulta in illam detractantes loquantur, imo potius id ipsum magis adstruit metaphoram rosae per omnia Deiparae Virgini quadrare, nam sicut ea est natura rosae, ut odoris eius suavitatis scarabaeos a se longe arceat, ut odoris eius suavitatis scarabaeos a se longe arceat, ita eximia fragrantia sanctitatis Deiparae Mariae, adeo haeretici scarabaeis infesta, et invisa semper extitit, ut odoris eius fragrantiam ferre non valentes, nihil magis, quam illam fugiant, exerecent, et exhorreant. Ipsa tamen tanquam rosa mystica ubique omnes haereseis eremitt.*

Denique b. Virginem non solum pulchram, et odoriferam esse rosam, sed spiritualibus animorum morbis medendis mirifice proficuum, et odoriferam esse rosam, sed spiritualibus animorum morbis medendis mirifice proficuum, ex Heliano (*de varia hist.*) haud difficile erit comprobare. Narrat ille (*lib. 12*), Aspasiae, Hermitimi Phocensis filiae pulchritudinem, et sanctitatem a rosaceo serlo insperato obvenisse: haec enim, ut ille refert, postquam mater eius cum partu animam simul egisset in orbitate, atque in penuria, modeste tamen, ac liberaliter educata tali causa deformata est. Adhuc puellae enatus est tumor in ipso momento aspectu terribis, atque patri, tum ipsi puellae summum dolorem afferens: prouide pater eam ad medicum adduxit, qui se curaturum recepit, sed ea lege, si tres sibi staleres persolverent. Cum autem pater tantum se non habere diceret, medicus puellam incuratam dimisit, quae ob id in acerbissimo luctu versata est. Verum postquam prae dolore non coenasset, plane opportunus eam somnus invasit in somno autem visio oblata, haec verba prolitit: Bonum animum geras, valeantque medicum cum suis pharmacis, tu vero rosae serla Veneris, quae iam attriverint cape, eaque contrita puberi impone. Haec ubi audisset, et excuta esset, tuber evanuit, et Aspasia inter omnes puellas adeo forma, vitae honestate, incorruptis moribus emicuit, ut primum Cyro Persarum regi; et eo interfecto, Artaxersi etiam nupta sit. Sane in hoc genere medicamentum nihil miraculi invenio: quid enim mi-

randum, si tumor a calore interno inardescente enatus, rosas detritis, quae refrigerandi miram vim habent, in cataplasmatibus modum impositis depulsus fuerit? maxime quod id non subito, non momento, sed intervallo temporis, cum facile iam humor beneficio naturae digestus esse poterat. Impositor ille antiquus, qui saceratiam sua instar Agyrtarum orbem ludi facere usum habuit, occasione nactus ex serlo Veneris, quasi sanatio, et pulchritudo, opera illius idoli restituta esset, et alitudo daemnum vesanos perfrabere nitebatur: tantumdem enim aliae, quantum ex serlo deceptae, poterant sanare. Rosis enim vim medicam inesse quam maximam, vetus medicorum decretum est: praesertim ex calore abortis morbis fere omnibus salutaris consentur. Unde Plinius asserit, rosas igni sacro mederi, et addit: *Rosa, inquit, per se medicas artes praebet, emplastris, atque colliriis inseritur morboque subtilitate. Susurrum ad aures, oris ulcera, tonsillas, capitis dolores, febres, et alia ingenita mala pellit, quibus corpus humanum solet ab interno calore conflictari.*

Istud inter magna, et admiranda operum Mariae repono, quod haec morbos, artem et vim medicam omnino desuantes, non contrario alio unguine, aut medicamine, non illo vel naturam iuvet, vel morbum leniat, digerat, aut consumere faciat, sed verbo, sed altactu rei, per se non medicata, quae nulla sive empiricorum, sive physicorum designatione curationi servit, sed et momento dispellat, et naturae ipsi invidiam faciat, ut perinde sit melior plantatio rosae in hoc nostro lericulante ad oblectandum sua pulchritudine, ad atrahendum suo odore, et sanandum vi sua medica. Quid plura? id omnibus satis experientia compertum est, nullam inter plantas ad extinguendas corporis infirmitates rosa utilitatem esse: etenim, ut Dioscorides (*cap. 71. 12*) affirmat, resolvit, et purgat improbos humores, cordis tremorem sedat, oculos, et aurium dolorem vel expellit, vel mitigat. Galenus (*lib. 3. de qual. simpl. cap. 8*) ait, miram vim habere ad purificandum sanguinem. Plinius de rosa disserens (*lib. 28. de Nat. Histor.*) tradit, quod si serla rosacea, etiam sicca, capiti imponantur, capitis dolorem vel fugant, vel valde minuant: sed et Maltolus (*lib. 1*), refert, etiam sylvestrem rosam melle conditam singulari virtute ad venedicos cantum morsu medendos praeditam esse. Unde sapienter Eusebius (*lib. 8. de praep. Evang. cap. ult.*) dixit, rosam non voluptatis tantum, sed utilitatis praecipue causa creatam a Deo.

Bone Deus, quot rosa mystica Mariae cordis tremores depulit, aeternae salutis fiduciam magnoam, desperatis etiam peccatoribus confers? quot improbos peccatorum humores ad nihilum reduxit, quot ambitionis tumores dissolvit? quot superbiae morbo laborantia capita ad pristinum sanitatem restituit, quot effraenatos potenter compescuit affectus, quot canis peccati morsibus, ac diaboli imposturis laceratis, praesentissimum antidotum exhibuit? Testes huius veritatis non alios produco, quam Virginis alumnos, et alios eius auxilium

implorantes, miram eius potentiam et virtute frequenter experientes, qui alioquin in peccatorum sordibus computrescerent, nisi mysticae huius Rosae Mariae coelitus indita virtus eos reficeret, et solidaret. Maxime autem universi medici commendant quadruplicem rosae virtutem, quod cor confortat, fluxum ventris refraenat, oculos clarificat, et dolorem capitis sanat; sane mystica Rosa Maria cor humanum, impetrans ei charitatem, confortat et roborat, quia fortis est ut mors dilectio (*Can. 8*): ipsa peccatorum fluxum, timorem praebens, potenter reprimat, ut enim dixit Sapiens (*Proverb. 15*): *In timore Domini declinat omnis homo a malo: ipsa caligantem intellectum illuminat, divina arcana ei pandens, ut merito in eam convenienter verba Davidis (Psalm. 118): Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis: ipsa tandem caput mentis, quod est spes, iuxta illud Pauli (1. Thess. 5): Gateam, et spem salutis assumit, potenter sanat, quando tepidam nostram spem, et ad ima delectam, ad supernorum fiduciam sublevat. Perstrinxisse mihi videtur beatissima Virgo quadruplicem hanc virtutem, cum (*Ecc. 24*) dixit: *Ego mater pulchrae dilectionis, timoris, agnitionis, et sanctae spei: mater aut pulchrae dilectionis, ecce cor languentes confortat per charitatem: ego mater timoris, ecce per timorem, quem incutit, vitionum fluxum restringit: ego mater agnitionis, ecce spirituales visum, Divinorum instructione, clarificat: ego mater sanctae spei, ecce caput mentis sanat per sublevationem. Sed et illud etiam de virtute rosae mirabile est, quod mortuis etiam, et sepultis fructuosam se exhibeat, cariei resistent, et putredinem, foetidumque arcens odorem, unde Homerus ad id alludens finxit, cadaver Hectoris a Venere, oleo rosaceo innectum, a canibus et alitibus, quibus laniandum stomachosus ille Thetidis filius obiecerat, praeservatum esse; quanto verior haec laus lericantinae nostrae Rosae Mariae convenit? cum non solum in vita, sed et in morte, et post mortem favoris sui suffragia, et subsidia nunquam denegat, petitionem illam exacte implens: *Maria Mater gratiae, Mater misericordiae, tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe. Etenim quemadmodum insignis illa foemina Respha (2. Reg. 21) pernoctavit in custodia filiorum suorum ab initio messis, donec extillaret aquas super eorum cadavera, nec permisit aves eos lacere per diem, nec bestias per noctem, sic et maiori longe cura, et affectu clemens Maria, tanquam vera Respha, hoc est, pruna, flammis charitatis ignita, filiis suis, quos Christo peperit, assistit anxia, et a daemonebus meridianis, et nocturnis, quos volucres coeli Christus Dominus appellavit in parabola de semine, potentissima sua virtute liberat, a Purgatorii ardentibus flammis frequentissime eripit, ac tandem benedictum fructum ventris sui illis ostendit. Deinde in eo valde persimilis est beata Virgo rosae, quia sicut haec ceteris omnibus alii floribus longe praestat Anacreonte poeta dicente:***

Si floribus vellet  
luppiter imponere regnum,  
Excellit rosa flori.  
Est Veri rosa ctrae.  
Et graeae superis rosa.

Quocirca recte poetae censuerunt rosae regnum inter ceteros flores deferendum esse. Ita b. Virgo inter omnes virgines primatum tenet, solaque regina virginum nancupari meretur.

Ad extremum restat iam tantisper scrutari, quid Ecclesia catholica sibi velit, dum flores rosarum, Virginem circumdantes, diebus vernis comparat: *Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum: poluisset enim illas odoriferas appellasse cum Tibullo:*

Floret odoratus terra benigna rosas:

vel rubicundas cum Statio,

Rubentesque rosae primos moeruntur a Austros:

vel aureas cum Pamphilio,

Flores auricomam pinximus atque rosam.

vel tandem nitidas, aut mundas cum Propertio:

Et facilis spargi munda sine arte rosam.

At consulto arbitror comparasse rosas diebus vernis, ad manifestandum excellentiam Virginis super omnes creaturas: etenim dies verni in multis reliquis aliis totius anni praecedunt. Dies verni sunt pacatissimi, turbinum, et tempestatum ut in plurimum expertes. Reliqui sancti variis tam internis, quam externis tentationum procellis concussi fuerunt, quia, ut ait (*Iob 7*): *Militia est vita hominis super terram. A beata autem Virgine, cum longe abesset bellum illud d. Pauli: Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, quia in ea impletum fuit illud Davidis (Ps. 45): Aufferens bella usque ad finem terrae, summa in ea viguit pax, et tranquillitas. Sed quomodo quaequo pace carere poterat illa, quae eius mater erat, qui est pax nostra, ut loquitur divus Paulus, et qui dixit: *Ego cogito cogitationem pacis. Si Christus praecipit: Dicite pax huic domui; putas ne? ingrediens Marianam domum per novem menses inhabitare, non dixisse ei: pax huic domui? sane dixit; et quod dixit, factum est: habent et id speciale dies verni, quod prae omnibus aliis nient, et a tenebarum caligine longe absunt. Sane clavus Bernardus (*serm. de nativ. Mar.*) tanta divinitate consensu Marianam praeditam, ut non dubitaret solari corpori illum comparare: *Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dicit tolle Mariam hanc maris stellam, marisque utique magni, et speciosi, quid nisi caligo involvens, et damnosissimae tenebrae relinquuntur? Ac tandem illud praecipue observatione dignum est in diebus vernis, quod longiores sunt reliquis omnibus. In nobis dies vitae nostrae sunt instar hemialium dierum. Nam sicut in his proximus est occa-***



sus solis ortui, lux cito evanescit, et longa, ac proluxa nox succedit; ita in nobis rerum coelestium charitas perexigna viget, ignorantiae vero caligo densissima mentem occupat. In beata autem Virgine cupida divinorum arcanorum, cognitio illorum intellectum eius illustrabat propter speciale Christi ministerium, illam prae omnibus aliis edocentis, et illuminantis, ut his verbis dixit s. Bernardus (*serm. de b. Mar.*): *Licet in parabolis loqueretur ad turbas, et licet omnia Apostolis nota fueret, ut amicis, quaedam tamen credendum est praeter matrem suam, quemadmodum dilexisse, ita etiam propensius erudisse, quaedam eius secretis intimesse.* Unde idem s. Bernardus explicans illud (*Apoc. 4*): *Procedebant fulgura, et voces, et tonitrua, dixit: Maria parabolis, aenigmata, legalia, et mirifica gesta, dicta, et opera avidus ebibit, et sincerius, luculentiusque aliis edidit.*

Quidam antiquorum Patrum in condendis parabolis claruerunt, ut Salomon: alii in aenigmatum, et somniorum interpretatione, ut Ioseph, et Daniel: alii in arcanorum intelligentia, ut Moyses, Ioseph, Esdras, et reliqui prophetae: alii in Christi gestis enarrandis, ut Apostoli, et Evangelistae; beata autem Virgo in herocico gradu haec omnia complexa est: *Parabolis, aenigmata, legalia, et mirifica gesta, dicta, et opera avidus ebibit.* Quia tamen non solum sibi illa didicerat, sed, ut tanquam archichimistra, ea alios doceret; ideo subdit sanctus Bernardus (*ubi sup.*): *Sincerius, luculentiusque aliis edidit, alludens ad verba illa divi Pauli (2. Cor. 2), ubi, postquam dixerat praedicationem eius non adulterare verbum Dei, adiecit: Sed esse ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo.*

At, ne a rosae metaphora discendamus, antiqui trito illo proverbio, quanti rosas facerent, indicantur, qui gratissimum, ac utilem sermonem significantur, *rosas loqui*, dicebant. Quare melius quidem in b. Virgine, quam in puellam illam Ovidii convenit id, quod ipse de illa cecinit:

Dum loquitur vernas afflat ab ore rosas.

Memini Persianam nutriculam sic alumno suo bene precari solitam:

Quidquid calcaverit, id rosa fiat.

Hoc b. Virgini proprium ante Christi Domini nativitatem, et cum filio iam nato matri commune fuit, si loqueretur, rosas loqui, si quid ageret, manibus rosas fundere, si quo pergeret grossibus, rosas nascentes promere. Unde et illud felicissimum obtinuit b. Virgo, quod, sicut instar rosacei fructus humillimi in terris se depressit, ita tanquam celatissima arbor supra angelorum choros assurrexit, et quae rosa fuerat in Iericho, hoc est, in humili planitie sita, palma fuit in Cades; cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA III.

In eadem festivitate Rosarii, salutationes Angelicas, ex quibus illud componitur, rosas comparamus, varios eius fructus commemorantes, in eadem verba: Quasi plantatio rosae in Iericho.

Inter pleraque alia, quae miram Virginis excellentiam commendant, illud singulare observavi, quod propter eximiam similitudinem, quam habet mater cum filio, in divinis eloquiis non pauca reperiuntur, in quibus nominum consensu Patres conveniunt, tam de Matre, quam de Filio intelligi posse, cuiusmodi sunt illa (*Ecl. cap. 24*): *Ab initio, et ante saecula creata sum, et usque ad futurum saeculum non desinam: spiritus meus super mel dulcis, et haereditas mea super mel, et favum; qui operantur in me, non peccabunt; qui elucidunt me, vitam aeternam habebunt.* Haec et similia interdum a sanctis Patribus intelliguntur de aeterna Sapientia, interdum de beata Virgine; frequenter etiam idem Patres propter magnam Matris cum prole similitudinem, inter se diligunt; quibusdau assentientibus de matre, alius et contra de prole esse intelligenda, cuiusmodi sunt verba illa: *Ipsa conteret caput tuum; quidam enim putant contritionem illam tribui Matri, quia vulgata nostra legit, ipsa, alii vero non nisi filio, legentes, ipse conteret caput tuum.* Eiusmodi etiam sunt verba illa (*Cant.*): *Ego flos campi.* Quidam enim arbitrantur, verba esse sponsi; hi sunt antiquissimi Origenes (*lib. duar. hom. in hom. 2*), Theodoretus (*Cant. 2*), Bernardus (*serm. 48. in Cant.*), Hieronymus (*in cap. 11. Isai.*), d. Cyrillus (*lib. de Incarn. 9*) mirificeque Christo Domino quadrant, tum quia, ubi vulgata nostra legit: *Ego sum flos campi*, alia translatio vertit: *Ego sum flos saturitatis*; saturare vero, et satiare humanum appetitum, nulli prae creaturae convenire potest, cum id proprium sit solius Dei, Davide dicente (*Psal. 16. 15*): *Satiabor, cum apparuerit gloria tua: tum quia, sicut flos campi prodit ex terra aratri, et vomeris experite, utpote qui non alias agnoscat sui causas, quam solis calore, rorem coeli, et virtutem terrae; unde cecinit Rutilius:*

Ut flos in septis secretis nascitur hortis.  
Ignatos peccati, nullo coctus aratro (her. etc.)  
Quem malcent aerae, firmat sol, educat fuit.

Ita Christus Dominus, instar floris campi ex Matre Virgine prodiit, Spiritus sancti rore cum illa cooperante. Alii tamen Patres, ut divus Gregorius Nissenus, et refertur (*in comment. Cantic. trium patrum*), divus Ambrosius (*ser. 5. in Psal. 118. et in lib. de instit. Virg. cap. 15*), nec non Rabbi Selom, Rabbi Kimi, et Rabbi Abnesdras, cum aliis non paucis, interpretantur verba illa, *ego flos campi*, sponsae esse, apteque conveniunt in beatam Virginem, tum quia, ubi vulgata nostra legit, *ego flos cam-*

pi, Hebraei vertunt: *Ego sum rosa Saron.* Erat Saron campus inter Ioppem, et Caesaream, ut in commentario loci adnotavit Aquila, cuius rosae pulchritudinis decore, et odoris fragrantia reliquas omnes longe antecellebant: tum quia sicut in flore sita est spes fructus, et a flore pervenit ad fructum, ita in Deipara Virgine velut in flore collocata est spes nostra obtinendi Iesum benedictum, eius fructum, iuxta illud, quod canit Ecclesia in percelebri illo Cantico, Salve Regina: *Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende.* Et quidem cum flos sit, velut promissio quaedam venturi fructus, certe tanquam bonorum operum intercessio Virginis a nobis obtinenda merces sperari potest. Ioannes Rossinus (*de antiqu. Roman. lib. 2. cap. 20*) refert: *Romanos solitos fuisse magnam cultum deferre Deae cuidam nomine Florae, cuius illud erat munus flores observare, et protegere; unde dies, qui in honorem eius celebrabantur, floralia festa vocabant.* Ethnicorum hic mos erat; sed in meliorem usum Christiani illum commutamus, beatam Virgineam Rosarii magistram, et inventricem religioso cultu venerantis, quae non flores, ut Dea Flora, sed animas omnium nostrum custodit, et protegit. Quod si festa illa Floralia dicebantur, haec merito rosarii, seu rosaceum festum nuncupatur: unde sicut olim Hybla mater florum, ut poetae commentantur, illac iter facientibus, amoenitatis suae delicias varias offerebat; ita Maria coelestium rosarum foecunda parens, omnigenae virtutis exempla, vestigia vitae suae legentibus, ostendit. Hybla flores caducos offerebat, quorum fragrantia aestivo temporis momento durabat, qui levi carpti digito vix halitu aliquo resectis odorem exhalabant, et marcescentes, omnem subito gratiam perdebant. Caduca est rosarum gloria: videas in eodem rosario, quam transiens florentem conspexeras, mox rediens, decus omne, divitiasque suas amisisse, et quae denso comarum igne micaverat, collapsis pallidam foliis, emarcuisse: heu quam praecipiti famae iactura vix nata consenuit, et tellurem nutricem exuviis suis operuit!

Quam longa una dies, aetas tam longa rosarum,  
Quas pubescentes imeta senecta premit.  
Quam modo nascentem Rutilius conspexit Eous.  
Haec rediens rore vespere, vidit annum.

Maria autem vera florum mater, imo regina florum, haec enim est dignitas rosae, ut inter flores principatum teneat, non fuitiles delicias, et caducas voluptates clientulis suis distribuit, sed spirituales, sed solidas, sed aeternas, et coelestes quodam modo redolet, et ad eas obtinendas mentem fidelium disponit, et anhelare facit. Horum coelestium charismatum illi participes sunt, qui salutationum angelicarum preces, reginae florum Mariae, velut odoriferas rosas, religioso cultu Rosarium recitantes, et offerunt: de quibus sane apte mihi intelligi videntur verba illa (*Ecl. cap. 24*): *Exaltata sum rosa in Iericho.* Mirabile sane est, quod cum planta rosae parum crescat in sub-CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. III.

blime; beata tamen Virgo dicat se in sublimem elatam esse, velut rosa in Iericho: *Exaltata sum quasi plantatio rosae in Iericho.* Revera rosa, tamen ramos, et folia sua non mittit in altum; odorem tamen suum longe, lateque extendit, et excelsis, et sublimis illum mittit, quam cedrus, et palma frondes, et fructus suos. Oratio salutationis angelicae plantata quidem fuit in humili loco Nazareth, tamen odor, et suavitas eius coelos penetravit. Id tamen ponderatione dignum est, quod si id altente perpendamus, beata Virgo non ait, exaltata sum sicut planta rosae, sed, *sicut plantatio rosae*: hoc enim aperte significat de spirituali plantatione mysticae illius rosae, Ave Maria, loqui, quam toties in sacro Virginis pectore plantamus, quoties eam devote recitamus, quam expositionem id non parum confirmat, quod, si sermo esset de rosa materiali, minime illa plantatur, sed truncus, et radix eius: cum ergo ait, se exaltatam esse sicut plantationem rosae, loquitur quidem de mystica, ac spirituali rosa salutationis angelicae, cuius odor suavissimus usque ad solium Deitatis exaltatur. Unde spirituale quoddam documentum eruere possumus, quod sicut qui plantat plantam rosae, quaerit locum commodum, non viam, quam omnes calcant; ita plantatio huius mysticae rosae, hoc est, salutationis angelicae recitatio, exerceri debet, quantum possibile sit, in loco a tumultu, et confabulatione hominum libero. Tandem non dixit beata Virgo, se exaltatam esse, velut plantationem rosarum, sed *rosae*, ut inde intelligamus, quam gratum obsequium, integrum Rosarium recitantes, et impendamus, cum ex sola plantatione unius rosae, hoc est, ex unica dulmaxat recitatione salutationis angelicae dicat, se esse exaltatam.

Porro, ut mirificos fructus, quos Mariani Rosarii preces germinant, clarius vobis innotescant, ex ipsius rosae proprietatibus, quibus auctor naturae praedictam esse voluit, illos vobis patefaciam. Inter eos primum appono mirabilem vim impetrativam, qua gaudet Marianum Rosarium ad obtinendum a Christo quidquid petierimus in nomine Matris eius: meminere me legisse apud Pierium (*lib. 55. Hieroglyph.*): *Idolorum Magos in arcanis suis prodidisse, si quis phialam rosaceo oleo nitida plenam dextra manu, conceptisque verbis Deo obtulit, et se postmodum hoc oleo immixerit, tam gratiosum principem, quem appellavit, futurum, ut ille nequalet votis eius non benigne responderet.* Non dissimiliter, qui bodie Deo Patri qui crystallinam Rosarii phialam spiritualis olei rosacei, Mariani cultus liquare plenam offerunt, eoque oleo se innungunt, nihil est, quod ita delibutis ipse denegat, sed quod quasi philtro rapitur Altissimus in amore, amat quidquid odorem filii dilectissimi spirat, quidquid sponsae gratissimae colorem refert, nec sustinet quidquam denegare iis, quorum in verbis salutationem angelicam de coelo elapsam recognoscit.

Secundus fructus est omni acceptione dignus, quod per Rosarii preces Deo saepe reconciliamur. Idem plenus Valerianus (*lib. 55. cap. de rosa*) refert: *Magos olim ad conciliandos sibi principum animos rosas uti consuevisse.* Unde